

Año XIX. Miércoles 25 de Setiembre de 1878. Núm. 32.

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE OSMA.

Se publica en días indeterminados, en medio, uno o mas pliegos.

*Venerabilis Frater salutem et apostolicam Benedictionem. — Non poterant Nobis non apprime grata accidere quæ pie, obsequiose et amanter complexus es litteris, quas die 21 Martii cum Canonicis Ecclesiae Cathedralis tuæ dedisti, ut de exaltatione Nostra ad Summi Pontificatus honorem Nobis gratulareris. Sic enim elucet ex iis litteris devota voluntas et studium tuum erga Nos et hanc apostolicam Sedem, ut prorsus ex abundantia cordis verba tua manasse judicemus. Valde præterea Nos oblectarunt quæ, historia et esperientia duce, de exito hujus belli quod Ecclesia sustinet quasi præsagiens es auguratus, ac divinæ potentiae et bonitati innixi confidimus futurum. ut in conjiciendo prudens, verax in prœnuntiando reperiaris. Interim hac spe erecti meritas pro exhibitis officiis Tibi ac prædicto Capitulo gratias habemus. Vobisque pariter ac reliquo clero et populo Dioecesis, cui præes, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus. — Datum Romæ apud S. Petrum die 13 Julii 1878 Pontificatus Nostri anno Primo— LEO PP. XIII.*

*BEATISSIME PATER. — Quanto sim gaudio affectus, pariterque hujus oppidi Clerus et populus, cum mihi IX kalendas hujuscce vertentis mensis ad Apostolicæ Sedis fastigium Emmum Sancti Crysogoni jam diu Cardinalem laudari meritum, evectum nunciatum est, quemad modum verbis exprimi queat me fugit; quinimmo profecto majus est quam ut sermone aperiri posse videatur. Exultabat quidem in corde lætitia animo volvens Cathedram Petri in tot tantisque adversis vacuam cum grave malum, lugendum Pii XI non eximendi memoriae exitum, cuncti sustineremus lacrimabundi, protinus ascendisse, quem Dominus per longam sospitem servet, Leonem XIII. Benedictus Deus Ecclesiae suæ subvenire properauit.*

Tibi igitur Sanctissime Pater, quod apud Dominum dignas habitus fueris qui, suo in terris Vicario, ideo universum suum Gregem, impiorum ausis improbis et sacris commissis undiqueversum impetitum et pervicaciter oppugnatum, regas et tuearis, in hoc intime gratior, omniaque fausta, fortunata, felicia precor. Turbulentissimum sane hoc nostrum tempus, infensem et infertum; sed auspice et secundo Deo, radiantem et fulgidorem triplicem coronam, civili Ecclesiae Principatu, fasis et fugatis hostibus, in pristinum restituto, cito emisse futurum magna spes me tenet; siquidem plus semel non absimilis ac praesens quam facimus jactura sarta est. Supremo enim animarum Pastori nunc etiam, ut orbis terrarum oves et agnos libere Princeps supremus in pontificalia Ditione, ab omni potestate hujus saeculi, omni obstatu prouersus immunis paseat, et regnum Dei amplificeetur, Deus suppetias foret. Quae itaque præclarissimum præcessorem tuum memrandum, Romæ die prima Julii 1867 simul cum Episcopis fere quingentis alloquebar, scilicet. «In puppi quam. Tu nunc occupas, Petrus olim sedebat: ipse apud Dominum intercedet, ut quæ navis ipsius suffragiis adjuta octodecim saeculis altum vitæ humanæ mare feliciter percurrit, Te duce, opimis immortalium animarum spoliis onusta cœlestem portum plenis subeat velis» ea ipsa, altis prætermisis actis, in quibus eminet erga Sanctam Sedem et Summum Pontificem studium meum, amor et pietas, studium nempe amor et pietas optimorum catholicorum, quasi Te allocuta, rata habeo.

Hi, qui mihi sunt sensus, Sanctissime Pater, sunt itidem sensus hujus Diœcesis incolarum, paucissimis miseris exceptis, sunt totius Cleri, ideoque Collegialis et Cathedralis Capituli, ex cuius ordine omnes sigillatim in argumentum subscribunt. Et ut in nostris sensibus magis ac magis firmemur, nobis omnibus Apostolicam benedictionem implorare audeam —Burgi Oxomensis 21 Martii 1878.—Beatissime Pater.—Ad Sanitatis Vestræ pedes provoluti humili et obsequentesimi filii.

*Petrus Maria, EPISCOPUS OXOMENSIS.*

## AGENDA IN COLLATIONIBUS DIOCESESANIS

ANNO 1878.

**Die 26 Septembris—De pænitentiis utilins imponendis.**

**CASUS.** Interrogatus a confessario circa injunctæ pænitentiæ imponendum, respondet, interdictam ad tempus Encharistiæ suscep-  
tionem, quo libuit recepi, rosarium flexis genibus recitandum.

sedens persolvi, jejunium in die alias præceptum, vel per alium feci, nec occasiones vitavi, siquidem ad hoc de mundo exire opus est, Quid ipsi confessor?

**Die 3. Octobris=De officii divini variis nominibus,  
origine et divisione.**

**CASUS.** Stante præscripto rubricæ in brebiario præfixæ psalmis Gradualibus ac pænitentialibus necnon officio parvo B. M. V.; estne obligatio ea in choro, vel extra recitandi?—quid ubi talis consetudo vigeat?

**Die 10<sup>o</sup> Octobris=De Sacramenti pænitentiae ministro, ac  
precipue de ejus approbatione.**

**CASUS.** Presbyter confessoris munus ex vi tantum ordinationis exercet, renuntiatus autem missionarius apostolicus ubique locorum pænitentiaæ Sacramentum sine approbatione proprii ordinarii ministrat, ratus non ea indigere, vel eam præsupponens; dehinc pareciæ æconomatum suscipiens subditos, occasione jubilæi, in aliena dioecesi, et in sua, licentia finita, præ temporis angentia quosque rite dispositos absolbit=Quid de factis?—

**Die 17 Octobris=De pænitentiaæ Sacramenti ministri jurisdictione.**

**CASUS.** Sacerdos, dum navigat, quoslibet sine sui Ordinarii approbatione sacramentaliter audit, et jam ad terram appulsus in pago ob mortem parocho orbato, se uti æconomum offert, et confessiones excipit, postea vero æconomatu alterius pareciæ obtento, sed secreta suspensiene innodatus pænitentes audit, et ubi probabilitas ipsius jurisdictioni suffragatur, etiam a reservatis absolvit—Quid circa hujusmodi confessiones?

**Die 24 Octobris.** Quid jurisdictionis in confessionis materia insit simplicibus Sacerdotibus, hæreticis et excommunicatis, et utrum militum Cappellani ubique locorum confessiones exaudire queant?

**CASUS.** Dum neomysta primam solemniter celebrat missam ministrorum alter lethali morbo corripitur, cui celebrans festinus absolutionem impertitur, exinde cum cappellaniam castrensis jurisdictionis ob timisset, quoscumque ipsum adeentes sacramentaliter audit pænitentes, annuentibus parochis, vel Vicariis generalibus =Quid de hisce confessionibus?

**Die 31 Octobris.** Quis summarius sensus Constitutionum S. S. P. P. Pii V. Clementis VIII. et Urbani VIII circa Brebiarium?

**CASUS.** Dato quod officium divinum integré et continué persolvi debet, matutinum a laudibus et nocturnum a nocturno liceatne separare; et initio laudum divissarum Pater et Ave impune possint omitti?

**Die 7.º Novembris.** De regularium jurisdictione et approbatione, nec non de potestate absolvendi moniales.

**CASUS.** Sacerdos cujusdam monastici ordinis a Papa jurisdictionem pro confessionibus habens, quoslibet paratos absolvit; ipse etiam cum confratre agens iter sacerdoti confitetur: requisitus a parrocho ad missionem peragendam, et monialium sui ordinis sine superioris sua expresa licentia, et sacerdotium sine Episcopi approbatione confesiones audit—Quid de hujusmodi Sacerdotis agendi ratione?

## PEREGRINACION Á ROMA.

Nuestro Ilmo. y Rmo. Prelado que aplaude y bendice el piadoso pensamiento de la romeria española, iniciado por la Juventud Católica de varias Academias de Cataluña y recomendado por el Excmo. Señor Nuncio de Su Santidad, defiriendo con gusto á los deseos manifestados por los Presidentes de las susodichas Academias, y sintiendo no poder dar cabida en el BOLETIN OFICIAL diocesano á los diferentes documentos que por la Junta central organizadora de la citada romeria han sido remitidos, por impedirlo el numeroso material que el consabido largo suuestro del BOLETIN ha ido acumulando; ha dispuesto que por los Sres. Curas Párrocos y Ecónomos de esta Diócesis se dé a conocer á sus respectivos feligreses tan santo como laudable pensamiento, y les exhorten á que, en cuanto les sea posible, se asocien personalmente á los devotos romeros, que en el dia 15 del próximo Octubre, dia de glorioso recuerdo para los Españoles por ser el del natalicio de nuestra esclarecida y santa compatriota Teresa de Jesús, depositarán á los sagrados pies de Nuestro amado y venerado Pontífice Leon XIII la expresion de su profunda adhesión y filial respecto; y adviertan á los que deseen tomar parte en la romeria, que para disfrutar de las ventajas de comodidad brevedad y economía en el viaje que la referida Junta central ofrece será conveniente que desde luego se dirijan, al Sr. Secretario de la misma D. Jaime Nogues Taulet calle de Llado núm. 5, principal.—Barcelona.

*Dr. Félix Marzol—Secretario.*